# УСТАВЪ

# ХАРЬКОВСКАГО ОБЩЕСТВА НАУКЪ.

Провѣрено 1946 1939
ЦЕНТРАЛЬНА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ХДУ
Інв. №
Библіотека ИМПЕРАТОРСК. Харьковск. Университета.
У 4028. II 93
28 II 93
581643
1934
176
02

ВЪ ХАРЬКОВѢ,
Въ Университетской Типографіи,
1813 года.

# УСТАВЪ

## Харьковскаго Общества наукъ.

### I. *Составленіе Общества.*

§ 1.

Учрежденіе Общества наукъ при ИМПЕРАТОРСКОМЪ Харьковскомъ Университетѣ имѣетъ предметомъ своимъ распространеніе наукъ и знаній, какъ чрезъ ученыя изысканія, такъ чрезъ изданіе въ свѣтъ общеполезныхъ сочиненій.

§ 2.

Общество сіе имѣетъ два Отдѣленія; 1е отдѣленіе наукъ Естественныхъ, 2е отдѣленіе Словесное.

§ 3.

Къ отдѣленію Естественныхъ наукъ принадлежитъ не только Физика въ пространномъ смыслѣ, съ Химіею и Математикою; но и Врачебныя и другія науки, основывающіяся на созерцаніи и испытаніи природы.

§ 4.

Въ Словесномъ отдѣленіи заключаются науки и знанія, относящіяся къ язы-

камъ древнимъ и новѣйшимъ и ихъ Литтературѣ: слѣдовательно Эстетика, Филологія, Археологія, древняя и новая Исторія со всѣми вспомагательными науками.

§ 5.

Каждое Отдѣленіе имѣетъ Директора и Секретаря, избираемыхъ 30 Августа чрезъ каждое трехлѣтіе.

§ 6.

Каждое Отдѣленіе имѣетъ частныя засѣданія для сужденія о знаніяхъ и наукахъ къ нему принадлежащихъ.

§ 7.

Оба Отдѣленія, соединенныя вмѣстѣ, составляютъ Общество наукъ, коего Предсѣдатель избирается ежегодно изъ членовъ Университета.

§ 8.

Отдѣленія сообщаютъ Обществу достойное вниманія чрезъ Директора или Секретаря.

§ 9.

Общество имѣетъ свою печать съ Государственнымъ Гербомъ: *печать Харьковскаго Общества наукъ.*

## II. *Члены Общества.*

§ 10.

Члены Общества суть внутренніе и внѣшніе: къ первымъ принадлежатъ ординарные члены и Ассесоры, къ послѣднимъ екстраординарные члены и Корреспонденты.

§ 11.

Ординарные члены суть тѣ Профессоры ИМПЕРАТОРСКАГО Харьковскаго Университета, кои изъявятъ согласіе свое быть членами Общества.

§ 12,

Ассесоры и внѣшніе члены избираются въ торжественныхъ собраніяхъ по большинству голосовъ и получаютъ дипломы, подписанные Предсѣдательствующимъ, также однимъ изъ Директоровъ и Секретарей.

§ 13.

Въ число Ассесоровъ поступаютъ ученые мужи, пребывающіе въ Харьковѣ и могущіе доставлять пользу Обществу ученостію или сочиненіями своими.

§ 14.

Екстраординарные члены и Корреспонденты присоединятся для ученаго сношенія изъ мужей отличившихся уваженіемъ и дѣйствительно просвѣщенныхъ. Въ выборѣ оныхъ приемлются въ уваженіе

не столько чины и знатность, сколько просвѣщеніе и ученость.

§ 15.

Избираемый можетъ быть предложенъ каждымъ членомъ по представленіи доказательствъ, что предлагаемый можетъ быть полезенъ Обществу.

## III. *О Предсѣдательствующемъ.*

§ 16.

Предсѣдательствующій избирается балотированіемъ и представляется на утвержденіе Министру просвѣщенія.

§ 17.

Обязаность его есть пещись о внутреннемъ и внѣшнемъ распоряженіи.

§ 18.

Онъ получаетъ и распечатываетъ пакеты, присылаемые на имя Общества.

§ 19.

Онъ чрезъ Директоровъ сообщаетъ отдѣленіямъ Общества то, что для нихъ принадлежитъ.

§ 20.

Въ отсутствіи Предсѣдательствующаго одинъ изъ Директоровъ отправляетъ его должность.

## IV. О Директорахъ и Секретаряхъ.

§ 21.

Директоры въ засѣданіяхъ занимаютъ первое мѣсто по Предсѣдательствующемъ, а въ отдѣленіяхъ имѣютъ тужъ обязанность, какую Предсѣдательствующій въ Обществѣ.

§ 22.

Секретари отдѣленій суть и Секретари Общества.

§ 23.

Они сочиняютъ дневныя записки своего отдѣленія, наблюдаютъ порядокъ дѣлъ и замѣчаютъ небывшихъ въ засѣданіи.

§ 24.

Секретари въ публичныхъ засѣданіяхъ занимаютъ первое мѣсто по Директорѣ.

§ 25.

Они поочередно сочиняютъ дневныя записки Общества.

§ 26.

Они пекутся о изданіи и печатаніи записокъ своего отдѣленія.

§ 27.

Они сочиняютъ письменныя сношенія къ внѣшнимъ членамъ, посылаемыя за подписаніемъ Директора и Секретаря.

§ 28.

Въ публичномъ собраніи представляютъ изложеніе годичныхъ занятій Общества.

§ 29.

Они хранятъ печать Общества и порядокъ архива.

## V. *О занятіяхъ и правилахъ Общества.*

§ 30.

Общество наукъ имѣетъ засѣданія a) торжественныя 30 Августа въ день тезоименитства ЕГО ИМПЕРАТОРСКАГО ВЕЛИЧЕСТВА; b) обыкновенныя въ первыхъ числахъ каждаго мѣсяца; c) по назначенію Предсѣдательствующаго или занимающаго мѣсто его.

§ 31.

Въ засѣданіяхъ a) читаются отношенія внѣшнихъ членовъ Общества; b) читаются разсужденія, опыты и наблюденія внутреннихъ членовъ по порядку ежегодно назначаемому; c) предлагается о томъ, что полезно Обществу.

§ 32.

Утвержденное Обществомъ печатается, неутвержденное возвращается сочинителю, буде потребуетъ.

§ 33.

Общество наукъ издаетъ два рода сочиненій: 1) разсужденія на Латинскомъ языкѣ, въ коихъ помѣщается все, относящееся къ распространенію наукъ и знаній, новѣйшія открытія самыхъ членовъ или другихъ ученыхъ мужей и вообще все то, что въ ученомъ свѣтѣ должно быть извѣстно. 2) Дневныя записки на Россійскомъ языкѣ, гдѣ помѣщается одно то, что для какого либо класса гражданъ въ отечествѣ полезно и извѣстно быть должно.

§ 34.

Разсужденій (commentatio) ежегодно издается одинъ томъ; число же томовъ дневныхъ записокъ (diaria) не опредѣляется и зависитъ отъ неудобопредвидимыхъ обстоятельствъ.

§ 35.

Въ изданіи разсужденій и дневныхъ записокъ Общество вспомоществуется Университетомъ, по силѣ § 9. Устава Университета.

§ 36.

Мнѣнія рѣшаются большинствомъ голосовъ, собираемыхъ и сличаемыхъ Предсѣдательствующимъ.

§ 37.

При равенствѣ голосовъ Предсѣдательствующій рѣшитъ дѣло вторичнымъ голосомъ.

§ 38.

Въ засѣданіяхъ Общества наукъ запрещается всякое сужденіе, непринадлежащее къ наукамъ и знаніямъ.

§ 39.

Важнѣйшіе случаи, требующіе обстоятельнѣйшаго разсмотрѣнія, препоручаются одному изъ отдѣленій, или особому Комитету.

§ 40.

Общество наукъ предоставляетъ себѣ право по обстоятельствамъ и времени что либо перемѣнить и вновь прибавить съ утвержденія Министра народнаго просвѣщенія.

# STATUTA

# SOCIETATIS SCIENTIARUM

# CHARCOVIENSIS.

# STATUTA
## *Societatis Scientiarum Charkoviensis.*

### I. CONSTITUTIO SOCIETATIS.

§ 1.

Societas scientiarum penes Caesaream Universitatem Charcoviensem eo fine instituitur, ut disquisitionibus scientificis et literariis fines scientiarum atque bonarum literarum producantur, eaque, quae usui publico inservire poterunt, publici juris fiant.

§ 2.

Societas haec habet duas classes; prima classis est scientiarum naturalium, secunda classis literaria.

§ 3.

Ad classem scientiarum naturalium pertinet non solum Physica, in sensu amplissimo sumpta, cum Chemia et Mathesi; sed etiam omnes scientiae omnesque disciplinae, quae in intuitione et investigatione naturae nituntur et versantur.

§ 4.

Ad literariam pertinent omnes disciplinae et artes, quae linguas tum veteres, tum recentiores earumque literaturam spectant; itaque Aesthetica, Philologia, Archaeologia, Historia vetus et recentior cum omnibus scientiis auxiliaribus.

§ 5.

Quaevis classis per se gaudet suo Directore et Secretario, qui tertio quoque anno 30 Augusti eliguntur.

§ 6.

Quaevis classis habet sessiones particulares, in quibus ea tractantur, quae spectant scientias et disciplinas, ad eam classem pertinentes.

§ 7.

Ambae classes unitae constituunt Societatem scientiarum, quae habet suum Praesidem, eligendum quotannis e gremio Universitatis.

§ 8.

Singulae classes communicant ea, quae ipsis digna videbuntur cum Societate per suos Directores aut Secretarios.

§ 9.

Societas habebit proprium sigillum cum insigni Imperii ac inscriptione: sigillum Societatis scientiarum Charcoviensis.

## II. *MEMBRA SOCIETATIS.*

§ 10.

Societas scientiarum constat ex membris *internis* et *externis*. Ad membra interna referuntur *membra ordinaria* et *Assesores*. Membra externa sunt aut *extraordinaria*, aut *literarum commercio juncta* (correspondentia).

§ 11.

Membra Societatis *ordinaria* sunt ii Professores Caesareae Universitatis Charcoviensis, qui voluntatem suam declaraverint, se sodalitium hoc lubenter inituros.

§ 12.

*Assessores, membraque externa* eliguntur pluralitate suffragiorum in solemnibus conventibus Societatis, recipiuntque diploma a Praeside, uno Directorum et Secretariorum signatum.

§ 13.

In numerum *Assessorum* referuntur viri eruditi Charcoviae residentes, qui eruditione aut operibus editis Societati utiles esse poterunt.

§ 14.

Membra *extraordinaria* et commercio literario unita adjungentur Societati ex viris potentia et auctoritate conspicuis et hominibus vere literatis et eximiis. In electione tamen eorum non auctoritatis et potentiae solum, sed etiam atque inprimis doctrinae et eruditionis ratio habebitur.

§ 15.

Eligendus potest proponi a quocumque membro, addito tamen argumento, qua ratione propositus Societati utilis esse queat.

## III. DE PRAESIDE.

§ 16.

Praeses eligitur scrutinio et proponitur pro confirmatione institutionis puplicae Administro.

§ 17.

Ejus est, interioris et exterioris oeconomiae summam curam habere.

§ 18.

Ille recipit et aperit literas, quae ad Societatem mittuntur.

§ 19.

Praeses communicat cum quavis Societate per Directorem, quae ad eam pertinere videbuntur.

§ 20.

Absente Praeside unus e Directoribus ejus vices obit.

## IV. DE DIRECTORIBUS ET SECRETARIIS.

§ 21.

Directores post Praesidem in consessibus proximum locum occupant, iisque negotiis funguntur in classibus, quibus Praeses in Societate ipsa.

§ 22.

Secretarii classium sunt etiam Secretarii ipsius Societatis.

§ 23.

Illi classis, ad quam pertinent, diaria concinnant, actorum ordinem servant atque absentes in qualibet sessione notant.

§ 24.

Secretarii in consessibus publicis primum post Directorem locum occupant.

§ 25.

Secretarii per vices diaria Societatis sive protocolla perscribunt.

§ 26.

Secretarii editionem et impressionem commentariorum classis suae curant.

§ 27.

Illorum est, literas ad membra externa directas parare, quae dein a Directore et ipso Secretario subscribuntur.

581643
Центральна Наукова
БІБЛІОТЕКА ХДУ
Інв. №

§ 28.

Illorum est, die publici conventus ea exponere, quae a Societate per decursum anni facta sunt.

§ 29.

Illi conservant sigillum Societatis et ordinem in archivo curant.

## V. DE OCCUPATIONE ET REGULIS SOCIETATIS.

§ 30.

Societas scientiarum habet consessum, a) solemnem 30 Augusti, die onomastica Caesareae Majestatis; b) ordinarium semel per mensem (primis ejus diebus); c) extraordinarias sessiones, quae a Praeside, vel qui ejus locum occupat, indicuntur.

§ 31.

In sessionibus pertractantur sequentia: a) Leguntur ea, quae a membris externis ad Societatem missa sunt. b) Praelegunt membra interna secundum ordinem quotannis constituendum commentationes elaboratas, aut exhibebunt experimenta et observationes ab ipsis factas. c) Proponuntur a membris ea, quae Societati utilia esse videbuntur.

§ 32.

Ea, quae a Societate approbata fuerint, ejus decreto publicis juris fient. Quae approbata non fuerint, possunt ab auctore repeti eique a Societate reddi.

§ 33.

Societas scientiarum edet duplicem seriem commentationum, *primo* lingua latina, in qua omnia ea exponentur, quae ad incrementa scientiarum et literarum spectant: omnia recenter detecta et excogitata, sive a membris ipsius Societatis, sive ab aliis viris eruditis, atque in genere omnia ea, quae cum *orbe erudito* communicanda sunt. *Secundo* Diarium linqua *rossica*, cui non nisi ea inserentur, quae pro quacunque classe civium patriae utilia et scitu digna esse videbuntur.

§ 34.

Commentationum quotannis non nisi unus tomus edetur: numerus tomorum diarii haud definitur, pendebitque a rebus circumstantibus, quae praevideri nequeunt.

§ 35.

In edendis commentationibus et diariis Societas adjuvabitur ab ipsa Universitate, vi § 9. Statutorum Universitatis a Caesarea Majestate benigne concessorum.

§ 36.

Omnes discussiones deciduntur pluralitate suffragiorum a Praeside colligendorum et conferendorum.

§ 37.

In aequalitate suffragiorum Praeses repetito suffragio rem decidit.

§ 38.

Pro sessionibus Societatis scientiarum omnis discussio, quae scientias et literas pro scopo non habet, interdicitur.

§ 39.

Materiae severiorem discussionem postulantes aut uni classium, aut peculiari conventui committuntur.

§ 40.

Societas scientiarum jus sibi reservat pro temporum et rerum circumstantium ratione aliqua in his Statutis immutandi, aut novos articulos addendi non sine confirmatione institutionis publicae Administri.